

centurione ait: **Amen dico uobis, non inueni tãtam fidem in Israel.** Vnde & apostoli iudæis dixerunt: **Vo bis quidem oportuerat primum loqui uerbũ dei, sed quia repellitis illud, & indignos nos indicatis æternę mirę, ecce cõuertimur ad gentes.** Manifeste etiam maior fides mulieris cõprobat, q̃ archisynagogi: qm̃ cũ archisynagogus dñm ad domum suam uenire rogasset, & in itinere eundo uel redeundo eum laborare scisset, mulier pfecte credens, nihil eum laborare fecit, sed tm̃ simbriã uestimẽti terigit. **Sed post q̃ dñs mulierem in itinere curauit, filiã archisynagogi in domo resuscitauit: quia circa finem seculi synagoga creditura est, iuxta illud Apostoli: Cum plenitudo gentium subintrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet.** Et iterũ: **Non prius quod spiritale est, sed quod carnale, deinde quod spiritale.** Id est, nõ prius synagoga credidit, quæ spiritalis fuit, sed gentilis populus, qui erat animalis, deinde synagoga quæ fuit spiritalis.

**DOMINICA VIGESIMA**  
**sexta, post Pentecost. Iohan. VI.**

**In illo tempore Cum subleuasset oculos Iesus, & uidisset maximam multitudinem ueniẽtem ad se, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, Et reliqua.**

**Q**uoties legimus dñm ex paucis panib⁹ multas turbas hoim̃ pauisse, nõ im̃ est mirandũ, quantũ uenerandũ. Nõ est em̃ mixtura potu: sed poti⁹ uenerandũ, q̃a facere uoluit. **Qui em̃ ex nihilo cõstita creauit, nõ est mixtura, si ex paucis panib⁹ mul-**

512 **IN DEDICATIONE**

ras turbas pauit. Sed illud considerandum est, quod dominus refecturus turbas, prius subleuat oculis in cælum respexisse dicitur. Oculi enim domini in scripturis, duplicem habent significationem &c.

Vide dñicam Lætare in Quadragesima.

**IN DEDICATIONE**  
tionē ecclesiæ.

Lucæ V.

**In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Nō est arbor bona quæ facit fructum malum. Et reliqua.**



**D**ominus Iesus Chrs edificator & conseruator suæ ecclie, q̄les ad edificationē arbores q̄rat, in exordio hui⁹ lectio nis dec larat, dicēs: **Nō est enim arbor bona, quæ facit fructū malū: neq̄ arbor mala, facies fructum bonum.** Arbores spiritaliter in scripturis homines significant, sicut ille cæcus, qui à domino illuminatus fuerat, dicebat: **V**ideo homines quasi arbores. Et Daniel in uisione Nabuchodonosor regis, arborem magnam ipsum regē interpretatus est. **F**ructus autē arboris, opa sunt hominis uel bona, uel mala, sicut dominus ait in euan-